



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui infantes suos oppresserint. lviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

tur, & ferculū aliquatenus butyro impinguato, & die dominico sic viuant. Cæteris verò diebus paximati panis mē-
fura, & paruo impingua butyro holera, & ouis paucis, &
formatico reficiatur, & aquæ tantū quantū sufficiat si ope-
rarius est. Lectus enim nō multū fœnū habeat, & per tres
quadagesimas anni addat aliquid, prout virtus eius admi-
serit, semper ex intimo corde vt defleat culpā suam. Obe-
dientiā quæ omnia præminet, libentissimè accipiat Post
annū & dimidiū Eucharistiam sumat, & ad pacem veniat:
Psalms cū fratribus cantet, ne penitus anima tāto tēpo-
re cœlestis medicinæ ieiuna intereat. Si inferiori gradu
prius quis monachus fuerat, tres quidem annos pœniteat,
sed mēsurā nō grauetur panis. Si operarius est, sextario de
lacte Romano, & alio de tenucla, & aqua quantum sufficit
pro sitis ardore sumat. Si verò sine voto monachi presby-
ter aut diaconus sic peccauerit, sicut monachus sine gradu
pœniteat, & postea recipiat gradus suos. Si autē presbyter
aut diaconus post tale peccatum voluerit monachus fieri,
indiscreto proposito exilij annum & dimidium pœniteat,
habeat tamē abbas cum consilio episcopi sui huius rei mo-
derandi facultatem, si obedientia pœnitentis placita sit
Deo & fratribus quibus commissum est.

De illis qui conceptum excutiunt. Cap. LVII.

SI aliquis causa explendæ libidinis, vel odii meditatio- *Ex cōcil.*
Sne, vt non ex eo soboles nascatur, homini, aut mulieri *Vvorma.*
aliquis fecerit, vel ad potandum dederit, vt non possit ge- *cap. 30.*
nerare, aut concipere, vt homicida teneatur.

De illis qui infantes suos oppresserint. Cap. LVIII.

SI quis infantē suū oppresserit, aut vestimētorū pōdere *Ex cōcil.*
Suffocauerit, & hoc post baptismū factū fuerit, XL. dies *Mogūti.*
pœniteat in pane & aqua, & à cōiuge se interim abstineat. *cap. 6.*
Posteā tres annos pœniteat per legitimas ferias, & tres in
anno quadagesimas obseruet. Quod si ante baptismum in-
fans oppressus fuerit, proximos quadraginta dies vt supra
pœniteat. Posteā verò quinquennium expleat.

*De patre & matre qui filios suos apud se mortuos
inuenierint. Cap. LIX.*

DE infantibus autem qui mortui inueniuntur cum pa- *Ex cōcil.*
tre & matre, & non apparet vtrum à patre aut matre *Parisiensi,*
cap. 5.